

Pro uerificatione uero natiuitatis meæ per directionem Ascendentis ad infortunia, uel radios eorum malignos, tali ordine procedo. Quæro primo Ascensionem obliquam promissoris accidentis pro latitudine regionis, & ab ea detraho gradus & minuta, qui debentur annis & diebus completis à natiuitate, usq; ad annum & diem accidentis (nam quilibet annus ualet gradum unum, & sex dies, minutum unum in directionibus) & id quod remanserit, erit ascensio obliqua ascendentis ueri. Eam ascensionem obliquam, mitto in tabulam ascensionum obliquarum eiusdem regionis, & inuenio uerum gradum ascendentis natiuitatis talis. Exemplo accipe, Anno ætatis meæ 40 completo cum diebus 192 completis, fui ualde scabiosus, ulcerosus, & apostematibus, ac uarijs turbationibus melancholicis molestatus, quod erat notabile accidens de significatis Saturni. Circa hoc etiam tempus passus fui febres periculosas, quare diligenter examinaui directionem gradus ascendentis natiuitatis meæ ad infortunas illo eodẽ anno, & reperi, quod circa hos dies, applicuit directio ascendentis ad quadraturam Saturni, quæ fuit 20 gra. 32 min. Scorpionis. Huius ascensio obliqua 250. gra. 46. m. Ab hac subtraxi propter 40 annos & 192 dies, grad. 40, min. 32. & relinquebantur 210. grad. 14. m. Ascensio obliqua ueri ascendentis, quæ ostendebat mihi 21. gra. 40 min. ferè Libræ Ascendens uerum natiuitatis. Sic quoque age cum alijs significatoribus & promissoribus pro suis accidentibus.

De proiectione partium natiuitatis.



PRO faciliori partium natiuitatis proiectione, resolue loca, à quibus partes iubentur projici, etiam loca ad quæ partes hæ projiciuntur ad numeros signorum, graduum, & minorum, ut in prius proposita natiuitate fuit Saturnus in 8 gradu, & 31 minu. Capricorni. Resolue sic 9 Signa, 8 grad. 31 minu. Sic etiam resolue singula hic apposita loca.

Quibus ita resolutis: subtrahe locum à quo fit proiectio ab eo, in quem facienda est, ut exempli causa: Pars uitæ projicitur in hac diurna genitura à loue in Saturnum, id est, locus lo- uis subtrahitur à loco Saturni, & projicitur ab ascendente, ut sic:

Diurna ge- nitura

Loca resoluta.	S.	G.	M.
♄	9	8	13
♃	5	22	10
♂	4	11	14
♁	0	10	40
♁	0	28	0
♁	0	17	45
♂	7	18	8
♁	0	0	0
♁	0	7	18
♁	1	3	28
♁	0	18	32
♁	4	23	50
Ascendens	5	26	0
Secunda	6	26	0
Octaua	0	26	0
Nona	1	26	0
Med. cœli.	2	25	0
Duodeci.	4	26	0
15 ♁	3	15	0

	S.	G.	M.
Locus ♄	9	8	31 in quem
Locus ♃	5	22	10 à quo
Diff. & dist. inter ♃ & ♄	3	16	21
			26 0 gra. ascen.
A principio m̄ sig. ascen.	4	12	21
Fuit igitur pars uitæ in	12	21	♃

Sequuntur partes siue sortes huius propositæ natiuitatis.

Partes primæ domus.

Pars uitæ, sumitur in diurna genitura à loue in Saturnum. Nocte e contra, & projicitur ab ascendente 12 21 ♃
 Pars Hylech, à gradu Coniunctionis uel Oppositionis præcedentis in gradum & minutum Lunæ, & projicitur ab abscente 6 50 ♃